Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



In tempore uisitationis suae peribunt adtempus baal & heresis ut electi quique manifesti fiant & probati sint. Cum autem uisitatio diuenerit. & oculos eius .stulta respexerit omnia conticescunt non est his similis pars iacob eorum qui subplantauere iudaeos & cotidie destruunt hereticos. pars autem sorum dei est., De quo prophetia dicit., Pars mea dns. Qui enim formauit omnia. ipse. e. qui fecit omnia. Ad quo plasmauit tam in animo quam in corpore. & israhel uirga hereditatis eius est omnis qui directus in deo est uel sensu cernit dns sceptrum. e. hereditatis eius. Cuius nomen dns omnipotens. e. siue uisitatum. Hoc enim sonat dns exercituum.

Quod in hebraico scribtum est. Dns sabaoth.,

Congrega de terra confusionem tuam quae habitas in obsidione
Quia haec dicit dns. Ecce ego longe proiciam habitatores terrae. In hac uice & tribulabo eos ut inueniantur. LXX.
Congregauit de foris substantiam suam quae habitat in munitione.
Quia haec dicit dns., Ecce ego subplantabo habitatores terrae huius. & tribulabo eos ut inueniantur., Praecipitur hierusalem. ut quidquid habet foris substantiae in urbem munitissimam congreget & longe obsidionis parat alimenta seenim nequaquam ut prius de futuro & longo tempore comminari sed iam de uicina captiuitate quae iam iamque uenturae sit. Congrega inquit de foris & de terra hoc. e. ex agris substantiam tuam sine confusione. Quid quid enim habes confusione dignum. e. quaelicet praepares haec superbis dni dicta cognosce., Ecce ego in hac uice in isto tempore proiciam siue instar funde & iam longe habitatores terrae huius.,
Pro quo LXX interpretati sunt. Supplantabo & cadere faciam. Pro quo uerbo hebraico. Id. e. KANA.
Aquila & simmachus interpretati sunt., CΦENAINIKA. Et. e. sensus., Instar funde cum omni impetu abiciam. & sic eos obsidere faciam sicque tribulabo & coangustiabo.